

venit inimicis et super seminavit
zizaniam. **Q**uartus carcer est
tyranni in quo positus fuit Johā
nes propter triplicem veritatem: Pri
mo iustitie quae defendebat: dice
bat enim huiusmodi. Math. vi
Non licet tibi habere uxorem fra
tris tui. Secundo propter veritatem do
ctrinae quam predicabat. Nam
Iosephum videns herodes multi
tudinem populi ipsum sequentem
eum in carcerem posuit. Tertio pro
veritatem vite quam tenebat: sicut
enim serpentes odorem venarum
fugiant et noctuae lucem solis non
sustinent sic iudei vitam iohannis
imitari non volentes: ipsam dyabolo
ascribebant. Math. xi. Venit
iohannes non manducans nec bi
bens. et dicunt demonium habere.
Istum autem carcerem tyrannorum
sancti viri patienter portant. scien
tes quod ex tribulationibus praesentis
vite tria bona acquirunt. Primo
dei misericordiam expurgantem. Gre
gorius. Quod lima ferro. et fornax
auro et flagellum grano. hoc facit
tribulatio viro iusto. Secundo dei
gratiam dulcorantem. Unde ipsi pro
secutores apes vocantur. Ps. Circum
dederunt me sicut apes. Apes enim li
cet pungunt tamen mella proponunt sic
quibus caro iusti tribulationibus
cutietur: eius tamen anima dulcedi
ne gratiae satiatur. Tertio dei glo
riam laudificantem. Unde Augustinus in li
bro omel. persecutores vocat tor
cularia et molas. Sanctos enim qui

persecutione patienter vocat vinum
et oleum. postmodum in fine occlu
dit. Considera quod illi qui te sequun
tur apud deum velut torcularia ac
mole deputantur. tu vero quasi oliva
et quasi vna pro tempore pressura
malorum sustinere cogis: sed postea
sine fine illis remanebit obpro
brium. tu vero felici consumatione
transibis ad regnum. Quod nobis
prestat et cetera.

Dominica quarta sermo primus



Venerunt iudei ab ihero
solimis sacerdotes et
leuitas ad iohannem
ut interrogarent eum.

Tu quis es etc. Joh. i. In isto euan
gelio plura pro ordine querenda oc
currit. Primo quare iudei magis opi
nabatur de iohanne pro esset christus: quod de do
mino nostro ihesu christo. Ad quod respondet
Crisostomus quod hoc fuit triplici causa. Pri
mo propter habitum asperitatem. christus
enim ferebat vestes communes. Iohannes
autem vestes de pulvis camelorum
confectas. Secundo propter victum partici
pationem. quod christus panem et vinum cum
peccatoribus comedebat. Iohannes au
tem durissimum victum habebat. et vi
tabat consortia peccatorum. Tertio pro
genere illustre quod christum de fabro esse
progenitum credebant et de paupere
matre esse sciebant. Iohannem vero
filium summi sacerdotis esse cognoverunt.
Secunda questio quare Iohannes
negavit se esse heliam. cum dominus

dicat Matb. iij. Et si vultis scire
 ipse e Helias. Ad quod dicendū
 est sm dyomsiū. In omni re tria
 expriuntur. s. substantia, virtus
 operatio. Johānes autē non fuit
 Helias. quantū ad substantiam,
 fuit autem Helias quantum ad
 virtutē a operacōnem. Habuerūt
 enim easdem virtutes ambo. s. te
 perantiam, abstinentiā, a fortitu
 dine; inconstanter ep̄tendēdo
 prudentiaz in prophetando, a in
 sticiam in veritatem defendendo.
 quia Johannes insticiā defendit
 vsq; ad mortē, a Helias vsq; ad
 cōminationem. sicut habetur. iij.
 Reg. xix. Rū mortem sibi yefabel
 cōminata est. Habuerunt etiam
 ambo eandem operacōnem. s. idē
 offitium, quia vterq; fuit precur
 sor. s. ille in secundo aduentu, iste
 in primo. Tertia questio ē q̄re
 se negavit esse pphētā. Ad quod
 dicendū est q̄ pphēta hic triplici
 ter accipitur, aut generalit̄, aut
 sp̄tialit̄, aut singularit̄. Pōt
 quidē accipi generalit̄ p quoli
 bet pphēta, a tunc nō dicit se esse
 pphētā tantū, s. q̄ plus erat q̄
 pphēta, tanq̄ si aliquis de impera
 tore dicēt q̄ nō eēt rex, q̄ ip̄ator ē
 cū in veritate est rex, q̄ omnis im
 perator ē rex. Sic iohes dicit se nō
 esse pphētā q̄ plus erat q̄ pphē
 ta, a tū in veritate est pphēta, quia
 omnis pl̄ q̄ pphēta est pphēta. s.
 nō omnis pphēta ē pl̄ q̄ pphēta.
 Secūdo potest accipi pphā sp̄tia

liter. s. p̄ messia. s. in lege p̄missio.
 s. quo dicitur deut. xxiij. Prophe
 tam vob̄ suscitabit de fratrib̄
 vestris tanq̄ meip̄m audite, a q̄n
 tum ad hoc veritatē dixit q̄n pphē
 tam se eē nō asseruit. Tertio pōt
 accipi pphēta singularit̄ q̄ apud
 iudōs anthonomaticē dicebatur
 pphēta v̄ eximi⁹ pphēta cū. prop̄
 plenitudinē sp̄s̄sancti quā indub
 plo accepit ab helia. Ipse ei bap
 tismū p̄figuravit q̄n naamā sep
 ties in iordane lauari p̄cepit. Cre
 debant igit̄ iudei Johannē Heli
 zeū fuisse. tū q̄ p̄dicabat, tū quia
 baptisabat, tū q̄ plenitudinē spi
 ritus sancti habebat: q̄ntū ad hoc
 Johannes verum dicebat quādo
 prophetam se esse negavit. Non
 igitur erat Helias vel Helizeus:
 sed vtroq; maior. Naz in Helia fu
 it sp̄it⁹ simplex. In Helizeo au
 tem duplex vt habetur, quarto
 Regū, secundo. In Johanne x̄o
 triplex, quia prophetavit i vtero
 quādo ip̄sum cognouit, in mūdo
 quādo Christuz digito demonstra
 vit. In limbo, q̄n patrib̄ sanctis
 aduentū Christi nuntiavit. Ma
 ior igitur fuit q̄ helias vel helise⁹
 in vita a in morte. s. quādo mortu⁹
 mortuum suscitavit. Juxta illud
 Eccl. xlix. Mortuum suscitavit cor
 pus eius. Johannes habuit spi
 ritū in vita, ante vitam a post vitā
 sicut dictum est. Quarta q̄o ē q̄
 quare Johannes vocatur pphēta
 a pl̄ q̄ pphā. Ad q̄d dicendū est

xvii

iiij

xiij

¶ pphetam quidā habuerunt
spiritū pphetie tantū de preterito
quidā de presenti occulto. quidā
de futuro. Johannes autē de omni
tēpore habuit spiritū pphetie. Vñ
dicitur Job. p̄. Ipse q̄ post me vē
turus ē. Ecce ppheta de futuro. Qui
ante me factus est. Ecce ppheta de
preterito. cuius non sū dignus vt
soliam corrigiā calciamenti eius
Ecce ppheta de presenti occulto. Vel
potest dici q̄ Johannes ē plus q̄
ppheta. quia pphete habuerunt
spiritū pphetie tantū in vita. Iste
autē vt supra dictū ē habuit ante
vitam. in vita. et post vitam. Quin
ta questio ē quare Johannes appella
uit se vocē. Cui⁹ triplex ē rācō. Pri
ma ratio ē q̄ verbū est añ vocem
s̄ manifestat p̄ vocē dicentis et po
nitur in corde audientis et nichilo
min⁹ remanet in corde dicentis et
vox trāsit. sic etiā xp̄s qui est ver
bū in corde patris ad nos venit. et
ioh̄es ip̄sū nobis manifestavit et
sic remanet in corde p̄is p̄ eternā
generacōnē. et in cordib⁹ nostris
p̄ fidē. et ioh̄es trāsiuit p̄ mortem.
Secūda rācō ē q̄ sicut verbū pri⁹
est q̄ vox tūz vox preit et vhit. sic
xp̄s fuit ante ioh̄em. Vñ ip̄e io
hannes dixit Prior me erat. et tñ
ioh̄es p̄cessit xp̄m. Luc. p̄. Ip̄e an
te illū p̄cedet in spū et virtute beie.
Tertia ratio ē q̄ sicut vox diūda
ē verbo nec tñ est verbū. sic ioh̄es
multa sāditate cōiūct⁹ fuit xp̄s
nec tñ fuit xp̄s. Nam xp̄s fuit sp̄

fus Ioh̄es sponsi amic⁹. vt dici
citur Job. iij. Christ⁹ erat sol. Jo
h̄anes lucifer. vt dicitur Job. xx
xviii. Christus fuit ignis: ioh̄es
facula. vt dicit Eccl. xviii. Ecce q̄n
ta similitudo fuit Ioh̄is ad xp̄m.
nec tamen fuit Christus. ^{6. q̄} Sexta
questio ē q̄re Ioh̄es dixit de xp̄o.
Qui post me vēturus est cur tamē
ia remisset. Et q̄re dicit. Qui ante
me fact⁹ ē. aut hoc intelligitur in
quantū homo. et tūc nō videtur ef
se ver⁹. q̄ xp̄us nō est fact⁹ añ Jo
hannes. s̄ econuerso. Aut in qua
tū deus. et tūc similiter nō videt
esse ver⁹. q̄ de⁹ nō ē fact⁹. dicen
dum autē q̄ xp̄us post iohannē
erat venturus. q̄ predicatur⁹ eāt
post ip̄sū baptizatur⁹ et moritur⁹.
Qd̄ aut dicit añ me fact⁹ ē potest
intelligi in quantū de⁹: et in quan
tū homo. Nam in quantū hō fact⁹
est añ eū nō tēpore s̄ dignitate.
vt dicatur añ eum fact⁹: id est sibi
prelatus. In quantū ē de⁹: fact⁹ ē
añ eum nō tēpore. q̄ ab eterno
s̄ dignitate. quia est sup̄ omnia
deus. ymo etiā est ante abrahā
Ioh̄is. viii. Ante q̄ abrahā fieret
ego sū. ymo ante luciferum. Ps.
Ante luciferum genuit⁹. et tūc fa
ctus improprie capitur q̄ nō est
factus sed genuit⁹. ^{7. q̄} Septima que
stio quare dixit. Medius autē; ve
strum stetit quē vos nescitis. Ad
hoc dicendum q̄ caro humana in
nobis est terra Eccl. iij. De terra
facta sūt omnia. et in terraz parit

revertantur. In Christo autem est
 medius terre. Psalmista. Deus au-
 tem rex noster ante secula operatus
 est salutem in medio terre. id est hu-
 mana carne. Nam natura humana
 habuit duo extrema. Unum quod
 fuit sub innocentia et aliud quod
 fuit sub miseria. Caro autem Christi
 cum utroque participavit extremo
 Et ideo medium terre fuit. Nam de
 primo statu accepit innocentiam.
 De secundo penalitatem et miseriam
 Et notandum quod dicit stetit. quod non
 quod cecidit: sed dicitur vel iacuit. Cedit ei
 per peccatum. sed dicitur enim pro otium.
 iacet per consuetudinem malorum et
 longam. In Christo autem nullum
 istorum fuit et ideo semper stetit.
 Octava questio est quomodo illud
 intelligitur: quod dixit. Non sum
 dignus ut solvam corrigiam calci-
 amenti eius. Ad quod dicendum
 est quod potest intelligi ad litteram.
 quia propter Christi sublimitatem
 et sui parvitatem: non reputabat se
 infimum servitium exhibere Christo
 Vel per hoc voluit mysterium incar-
 nationis designare. In Christo au-
 tem sunt tria scilicet divinitas. quia
 sicut pes totum corpus sustentat sic
 et divinitas omnia portat. Heb. i.
 Portans omnia verbo virtutis sue
 Per calciamentum signatur eius
 caro mortalitati subiecta et quodam
 modo similitudinis vestis effecta. Un-
 de dicit Gregorius. Venit ad nos
 divinitas calciata. Per corrigiam si-
 gnatur eius anima. quia sicut per
 corrigiam calciamentum pedi astrin-

gitur sic mediante anima carni divi-
 nitas associatur. Cum igitur non
 cognoscit medium quod non cognoscit
 aliquod extremum. In hoc igitur
 quod dixit se non esse vel sufficientem
 Christi animam cognoscere. dat in-
 telligere quod non fuit sufficiens cog-
 noscere carnem de virgine genitam
 vel divinitatem eternam. Vel in hoc
 quod dixit se non esse dignum corri-
 giam calciamenti eius solvere. dat
 intelligere se non esse dignum spon-
 sam Christi. id est ecclesiam usurpa-
 re. Et istud dicitur secundum morem legis
 quia ut habetur Deuter. xxv. Cal-
 ciamenti detrahebatur ab illo qui
 sponsam propinqui sui ducere recu-
 sabat. Et ille qui detrahebat ipsam
 sibi in sponsam accipiebat. Roge-
 mus ergo dominum et cetera.

Sequitur sermo secundus.

Ego vos clamatis in deser-
 to dirigite viam dominum et
 cetera vbi supra. Apud iu-
 deos tres opinionones videbantur
 esse de Johanne. Quidam autem
 dicebant ipsum esse Christum propter
 miram sanctitatem et baptisandi au-
 doritatem. Alii autem dicebant ipsum
 esse Heliam propter deserti habitaco-
 nem. tibi abstinentiam. asperitatem
 indumentia feruorem zeli. Alii au-
 tem dicebant ipsum esse aliquem
 magnum prophetam de prioribus
 suscitatum. propter gratiam bap-
 tisan di. sicut glosa innuere videtur
 Ideo ad ipsum Johannem nuntios

discernerent veritatem. Et cum re-
spondisset ipsum non esse Christum
nec Helyaz. nec prophetam. dixit
se esse vocem dicens. Ego inquit vox
clamantis in deserto. In quibus
bis ad tria dicit se esse missum scilicet
ad procedendum. ad clamandum
a ad dirigendum. Primo qui-
dem ad procedendum. cum dicit. Ego
vox. sicut enim naturaliter vox pre-
cedit verbum. sic Johannes Chri-
stum. Secundo ad clamandum. cum
dicit Clamantis in deserto. Tertio
ad dirigendum. cum dicit. Dirigi-
te viam domini et cetera. Primo
igitur dicit se esse missum ad pre-
cedendum. quia Christum bap-
tizando et predicando precessit. Ideo
dicit Ego vox. De voce autem sic di-
cit ysidorus. Perfecta vox debet esse
alta clara et debet esse suavis et de-
licata. Alta ut in sublimi sufficiat.
Clara ut aures audientium adim-
pleat. Suavis et delicata ut animis
blandiatur audientium. Et subdit
ysidorus. Si aliquid istorum defuerit
vox perfecta non erit. Talis fuit vox
predicationis Johannis. Primo
igitur fuit alta. quia prius de altis
et celestibus predicabat. cum dixit
Mathei tertio. Penitentiam agite
appropinquabit enim regnum celo-
rum. Nunquam enim in tota sacra scrip-
tura auditum fuit nominari regnum
celorum. nisi quod ipsum primum hic
nominavit. Secundo fuit clara.
Illa enim predicatio est obscura
que fit tantum verbo: sed obscura

alta
vox clara
suavis

tur malo exemplo. Quicquid autem
fuit in beato Johanne vox clara fu-
it et predicatio sonora extitit scilicet
et doctrina eius conuersatio et pas-
sio eius. Nam doctrina eius fuit cla-
ra. quia predicauit fidei veritatem.
Conuersatio autem eius predica-
bat magnam sanctitatem. Passio
eius predicabat magnam mitatem.
Tertio fuit suavis maxime cum
loquebatur. Unde dicit Crisosto-
mus. Sermo Johannis seuerus et
lenis fuit. Nam beatus Johannes
cum populo iudeorum viriliter et fer-
uenter loquebatur. Cum rege au-
dacter. Cum proprijs discipulis le-
niter conferebat. Talis debet esse
vox cuiuslibet predicatoris scilicet
alta. quia non debet descendere ad
terram. id est ad terrenum comodum
nec fauorem humanum: sed debet
predicationem suam sursum eleua-
re ad deum. Talis erat vox aposto-
li qui dicebat Thessa. secundo. Non
enim aliquando fuimus in occasi-
one auaritie deus est testis. Ecce quia
non descendebat ad humanum co-
modum: neque etiam beatus Johanes
querabat ab hominibus gloriam.
Ecce quia non descendebat ad
fauorem humanum. Sed factus sum
sicut paruuli in medio vestrum. Ecce
quia intendebat honorem diuinum
et fructum animarum. Secundo de-
bet esse suavis ut predicaret fructu-
ter quo ad tepidos. dulcis quo ad
deuotos. sapienter quo ad omnes.
Secundum enim philosophum in pre-
parato. Voces sunt note earum que sunt in anima

passionum. Ex his enim signum est
 quod cor alicuius sit inflamatum igne
 calitatis diuine. dulcoratum melle
 deuotionis interne. Et illustratum
 melle lumine sapientie superne. Hic
 est quod in archa Moy si erat Virga
 manna et tabule testimonij. quia
 in predicacione debet esse virga cor
 rectionis quo ad tepidos. Manna
 dulcis exhortationis quo ad deuo
 tos. Et tabule discretiois quo ad
 omnes. Tertia vox debet esse cla
 ra. Partes enim vocis voces sunt
 ut sunt sillabe dictiones et cetera quod
 omnia que sunt in predicacione de
 bent esse predicanda. Aliter enim
 vox eius siue doctrina non esset cla
 ra. p. Thimo. iij. Eximpli esto fide
 lum in verbo in conuersatione. et in
 caritate. Ideo super exodo ubi le
 gunt de veste sacerdotali. Omnia in
 quit sacerdotis debent esse vocalia
 ut veritatem quam mente concepit
 habitu resonet. ut quicquid agit
 quicquid loquitur. semper de super
 no sit. Secundo beatus Joha
 nes missus fuit ad clamandum. Id
 dicit. Clamantis in deserto. Dicunt
 enim Remigius et Crisostomus su
 per hunc locum quod tribus de causis
 clamamus scilicet quando loqui
 mur longe positus / aut surdis / aut
 quando loquimur ex ira. Predica
 tores autem debent clamare non em
 ore sed maxime cordis feruore. Pri
 mo enim debent clamare. quia loqui
 tur peccatoribus que recesserunt lon
 ge a deo. Et id post eos debent cla
 mare et dicere illud psa. lvi. Redi

te preuaticantes ad cor. Et licet di
 catur Proverbio. xv. Longe est
 dominus ab impijs. Deus tamen
 nunquam elongat se ab homine. sed elo
 gat se ipsum homo a deo. Et super
 hoc dyonysius ponit exemplum di
 cens. Si enim nauis impingit in
 petras. petra videbitur elongari cum
 petra manz immobilis. sed nauis
 se elongat. Et quanto fortius impi
 git tanto magis se elongabit. Pec
 cator contra deum impingitur qua
 do peccatum mortale committit et tunc
 a deo se elongat. sed deus immobi
 lis stat. et quanto grauius peccat.
 tato magis se elongat. Psalmista
 Longe a peccatoribus salus. et tunc
 peccator se a deo elongando appro
 pinquat ad deum. sicut volens se elo
 gare a celo. appropinquat ad celum.
 quia si se elongat ab occidente ap
 propinquat ad orientem. Et si ab
 austro appropinquat ad aquilones.
 Quasi oriens autem et occidens in
 deo sunt eius misericordia et iusticia.
 Austera aquilo eius gratia et pote
 tia. qui igitur se elongat ab eius mi
 sericordia appropinquat ad suam
 iustitiam. Et qui se elongat ab eius
 gratia appropinquat ad suam po
 tentiam. Sicut patet in Jona qui vo
 luit deum fugere precipientem. in
 uenit eum punientem. Unde psal
 mista. Quo ibo a spiritu tuo et quis
 a facie tua fugiam. Qui ergo vult
 redire ad deum oportet etiam quod re
 deat a deo ad dominum. non tan
 tum per loci transmutationem. sed
 a deo irato ad ipsum deum placatum

a deo punientem ad deum miseram
tem. **S**ecundo predicatorum debet
clamare quia loquuntur surdis. Ani
ma enim tripliciter audit. aut qua
do intelligit. aut quando intellecta
approbat et diligit. aut quando in
tellecta et probata opere perficit. Pec
cator est surdus. quia nec verba dei
vult intelligere. **P**s. Nolo ut intelli
geret bene ageret. Aut si intelligit
et non placet sed displicent. **Ecc**.
xxi. Audiet luxuriosus et displice
bit sibi et proiciet illud post dorsum
suum. aut intellecta opere non com
plet. et ideo talis reprehendit. **ysa**.
xlviij. Qui apertas aures habes non
ne audies. De talibus dicitur in **ps**
Sic aspiciis surdum et obturatis aures
suas. **A**spis enim quando audiet vo
cem incantantis. vna aurem clau
dit cum terra et aliam cum cauda.
Auarus claudit cum terra aurem
suam. terrena nimis diligendo. **C**o
tra quos dicit **Jeremie**. **ij**. Terra
terra terra audi verbum domini. Et
dicitur ter terra. quia auarus habet
terram in ore. de terrenis loquendo
In corde de terrenis meditando. Et
in manibus omnia terrena facien
do. Ac si dicat **Propheta** Tu aua
rus qui habes terram in ore et in ma
nibus ipsam proice. et verbum do
mini per mitte. Claudit etiam aliam
aurem cum cauda. id est cum spe lon
gioris vite. si tali spe sepe decipitur.
quia vita sibi subito abbreviatur
Job. **xxi**. Ducunt in bonis dies su
os et in puncto ad inferna descendunt
Tertio predicatorum debent clama

re. quia debent loqui ex ira. **Per**. **je**
liij. **P**s. Zelavi super iniquos pa
cem peccatorum videns. Debemus ad
peccatores habere. amorem. odium.
et compassionem. In peccatore enim
tria considerantur. scilicet natura. culpa
et pena. cui eius anima est obliga
ta. Considerando igitur eius natu
ram debemus ipsum diligere. **V**n
de dicit **Augustinus**. Cum dico homo
malus. duo dico homo et malus. In
quantum homo est diligendus. In
quantum vero est malus est odiosus.
Considerando vero eius culpam et pe
nam cui est obligatus et eius pericu
lum in quo est positus. debemus com
pati et condolere. **P**s. Vidi preuari
cantes et tatescebam. **T**ertio **io**
hannes dicit se missum ad dirigendum
cum ait. Dirigite vias domini.
Sicut autem dicit **Dionysius** triplex
est motus. Circularis. obliquus et
rectus. Eodem modo possumus dice
re quod triplex est via scilicet circularis
obliqua et recta. Per viam circula
rem incedunt mundi amatores. **p**s
In circuitu tuo impij ambulant.
et. **G**losa Ambulant id est in cupi
ditatem rerum temporalium incedunt
que septem dierum repetitione vol
uunt. et ideo nunquam perveniunt ad
octavum diem. et ad gloriam que
dabitur in octavo die. Per viam ob
liquam vadunt vane gloriosi qui in
his que faciunt obliquam inten
tionem gerunt. volentes ab homi
nibus laudari atque videri. **Matth**. **xx**
iiij. Omnia faciunt ut videatur ab
hominibus. Per viam rectam vadunt

humiles et mansueti: qui omnia a deo tanquam a principio recognoscunt. et ad ipsum tanquam ad finem reducant. de quibus dicitur hic dirigite viam domini. ut habeatur **Isaie. xl.** Unde Johannes ista verba assumpsit. Et subditur. rectas facite in solitudine eius semitas dei nostri. Rectus enim est cuius medium non erit ab extremis. deus enim est alpha et omega. principium et finis. sicut dicitur Apoc. i. v. Ille per viam rectam incedit qui ab istis extremis non erit. quia sicut omnia se a deo habere novit: sic et ad ipsum omnia opera sua dirigit. et sibi solummodo placere intendit. **Rogemus autem.**

Sermo tercius eiusdem.

Dirigite viam domini etc. ubi supra. Quando aliquam personam honorabilem in proximo expectamus: quatuor facere consuevimus. scilicet viam dirigere. hospitium preparare. epulas ordinare. et pulchras vestes assumere. Et quia in primo expectamus salvatoris adventum secundum ecclesie representationem. Ideo ista quatuor studemus sibi spiritualiter exhibere. **Primo** quidem debemus viam dirigere et preparare. Qualiter autem ista via preparanda sit determinatur **Isa. xl.** Vox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite semitas dei nostri. Omnis vallis implebitur et omnis mons et collis

humiliabit. et erunt prava in directa et aspera in vias planas. Ex quibus colligitur quod via domini qua a dupliciter preparatur scilicet de fossa eleuando. et in meta deprimendo. tortuosa redificando. et aspera remouendo. In anima enim nostra nimis timor inducit aliquam fossam et vallem desperationis. nimia vero spes et fiducia inducit montem presumptionis et elationis. **Per montem** presumptionis et elationis voluit ire lucifer et cecidit. **Per vallem** desperationis et diffidentie iuit cayn et reprobatus est. Eleuandus enim est timor nimis ad spem. et deprimenda est nimis a presumptio ad timorem. Legitur de proprietatibus auium quod fuit quidam accipitres qui non capiunt aues nisi in aere. Et sunt quidam qui non capiunt nisi in terra. Columba vero naturaliter hoc cognoscit. et ideo si fugat ab accipitre capiente in aere: statim ad terram se deijcit. si vero ab accipitre capiente in terra: in aere se tenet. et sic euadit. Sic anima quando temptat ab accipitre infernali: de nimia presumptione vel fiducia statim se debet ad terram deijcere per humilitatem et timorem. Si autem temptat de diffidentia debet se subleuare per fidem et spem. **Ps.** Ascendunt usque ad celos descendunt usque ad abyssos. Sed debemus preparare tortuosa redificando. ut scilicet tortuosa intentionem non rectam sed rectam. Redu finem in deum ad

no nra. alit. d. i. f. accipit.

deum omnia dirigamus. Colo. 4.
Omnia quecumq; feceritis in ver-
bo aut ope: in nomine domini nostri
ihesu christi facite. Tercio debe-
mus viam preparare omnia pra-
ua remouendo scilicet lapides su-
perbie. Supbia enim ad instar la-
pidis durum cor facit. Job. iij.
Cor eius indurabit quasi lapis.
Lutum luxurie. Eccl. ix. Omnis
mulier que est fornicaria quasi
stercus in via calcabitur. Et spi-
nas auaricie que habent semen
spirituale in anima suffocant rabi-
ditus. Luce. viij. Simul exorte spi-
ne suffocauerunt illud. Secundo
debemus domum dignam et hospiti-
um preparare. scilicet cor nostrum. Vnde
de Ambrosius in libro sermonum.
Domas animarum nostrarum ador-
nantes tonorum apud fructibus
et repleamus precioso castitatis
odore. In ista domo sunt tres ca-
mere que debent esse pure et mundae.
scilicet memoria intelligentia et volun-
tas. In memoria habitat pater.
in intelligentia filius. in voluntate
spiritus sanctus. Memoria enim ut di-
cit Augustinus est mater intelligentie.
Intelligentia enim nihil cognos-
ceret nisi memoria sibi influeret.
Voluntas etiam a memoria ge-
neratur et intelligentia. Nemo enim
aliquid vult nisi illud in memori-
a habeat. et nisi in intelligentia a-
liqua cognoscat et sic memo-
ria est mater intelligentie. intelli-
gentia proles memorie. Volun-

tas vero procedit ab utraque. me-
moriam et intelligentiam et ideo per ap-
propriationem pater inhabitat in
camera memorie. filius in came-
ra intelligentie. spiritus sanctus in ca-
mera voluntatis. In camera igitur
memorie pater habitat per benefi-
cium dei continuam recordatio-
nem. Psalmus. Memor fui et delectatus
sum. Maxime autem deus in me-
moriam habere dei beneficia ad re-
gratandum. peccata nostra ad delin-
dum. et mortem nostram ad preuiden-
dum. Deuter. xxxij. Utinam sape-
rent et sapore cognoscerent dei be-
neficia et intelligerent peccata. ac
nouissima prouiderent. scilicet mortem.
Ista autem talis meditatio cam-
eram istam scopat et mundat. Psalmus.
Meditatus sum nocte cum corde
meo et exercitabar et scopebam spiritum
meum. In camera intelligentie habitat
filius per fidem veram et sapientiam
diuinam. Ephe. iij. Nouimus habitare
christum per fidem in cordibus vestris.
In hac autem intelligentie domo non
debemus ponere sapientiam dyabolicam. quae
mors est anime. Roma. viij. Sapientia
carnis mors est. Iheremi. iij. Sapientes
sunt ut faciant mala. bene autem facere
nesciunt nec sapientiam mundanam que
vanitas est. Sapientie. viij. Vanitas
sunt omnes in quibus non est scientia
dei. Deum autem ibidem ponere
sapientiam diuinam quae vita est anime
Secundum Augustinum scientia in duobus

consistit in cognitione dei a agni-
 tione sui. Vnde ait in li. Sol. ix.
 Deus semper idem nouerim te a
 nouerim me. Ista autem que est
 p fide; domū intelligētie purgat
 a mundat. Actū. xv. fide purifi-
 cans corda eorum. In camera vo-
 luntatis habitat spiritus sanctus
 p amorem postq dominus dixit
 Job. xiiij. Si quis diligit me ser-
 monē meum seruabit. subdit. Et
 ad eum veniemus a mansionē a
 pud eu; faciemus scilicet p amo-
 rem. De ista aut camera volunta-
 tis omnis perturbatio est tollēda
 qz iste hospes non habitat nisi i
 domo pacifica a quietā. Verum
 tamen triplex est perturbatio. v-
 na meritoria qua quis pturbat
 contravitia a peccata. Ps. Zela-
 ui sup inimicos pacem peccatorū
 videns. Alia prohibita. de qua di-
 citur Job. ij. Qui odit fratrem su-
 um homicida est. Alia permissa
 vt sbitus motus animi sine qua
 presens vita non ducitur. quia si-
 cut dicit Hieronimus. qui nulla
 animi perturbatione mouet: vt
 simpliciter dicam aut de? aut la-
 pis est. Ideo primā perturbatio-
 nem scilicet meritoriam in hac
 camera voluntatis debemus obf-
 uare. secundā scilicet prohibita;
 debemus abijcere. terciā scilicet p-
 missam inquantū possumus debe-
 mus oparare. Tercio debemus ci-
 bos preparare. s. materialem. spūa-
 lem a celestem. Primum. s. materi-

alem preparemus in pauperū re-
 fectionē. Xps enim in paupe se
 reputat esse refectum a pastum.
 cū dicit Math. xv. Esuriū a dedi-
 stis michi manducare. Secundū
 s. spūalem debemus preparare i
 nostri iustificatione. de quo dici-
 tur Job. iij. Meus cibus est vt faci-
 am voluntatē patris mei. Istus ci-
 bum ostiati xpistus querendo
 vadit. Apoc. iij. Ego sto ad osti-
 um a pulso. si quis apparuerit in
 ianuam intrabo ad illū a cenabo
 cū illo. Hoc est. ponemus ad sta-
 tū siue ad simbolū. In illa enim
 cena peccator debet ponere tres p-
 tes. s. contritionē. confessionē et
 satisfactionē. Deus autē tres ali-
 as ptes pmit. s. remissionē culpe
 infusionem gratie. a collationē
 glorie. Sed multi sunt similes io-
 culatoribus qui semp vellent co-
 medere de alienis a nunq de suis
 Sic a tales libenter vellent q de?
 partes suas apponeret. a ipsi ni-
 chil apponere vellent. Tercium
 proprium cibum scilicet celestē
 debemus ponere in dei laudatio-
 ue. Ps. Nūqd māducauo carnes
 camelorum aut sanguinem hye-
 corum potabo. immola deo sacri-
 ficium laudis Et dicitur cibus ce-
 lestis quia sancti in celo tali cibo
 pasuntur. Psalmista. Beati qui
 habitant in domo tua domine a
 cetera. Augustinus in libro de ci-
 uitate dei. Ipse enim est fons desi-
 derioꝝ nroꝝ qui sine fine videt

sine fastidio amabitur et sine fa-
tigatione laudabitur. Si quis a-
micum suum libenter videt: illa vi-
sio finitur quando quod. Si aliquis
amatur: ille amor aliquando in
fastidium vertitur. Si quis laudat
vel canit: sepe ex tali actu fatigatur
sed tunc nec visio nostra habebit
finem. nec amor fastidium. neque
laus fatigationem: sed continu-
um feruorem. Quarto delemus
fumere vestes sponso consimiles
Christus enim habuit tria pia
vestium. scilicet vestes albas. Apoca-
lij. Ambulauerunt mecum in al-
bis. Rubras. Psal. lxxij. Quae ru-
brum est indumentum tuum. De
auratas et variatas. Psal. Altitit re-
gina id est christi anima que cor-
pus suum laudabiliter rexit in ve-
stiti deaurato circumdata varieta-
te. Per hunc modum christi sponsa
et quaelibet fidelis anima debet ha-
bere vestes albas pro mundicie con-
seruationem. Apoca. iij. Vestim-
tis albis induaris ut non appare-
at confusio nuditatis tue. Rubras
per dominice passionis meditatio-
nem. Reg. ij. Vestiebat vos coc-
cino in deliciis. Deauratas vero pro
feruentem caritatem. Psal. Omnis
gloria eius filie regis abintus in
fimbriis aureis etc. Et variatas pro
virtutum multiplicitate. Item. Cir-
cumamicta varietatibus. Ecclesi.
xvi. Vestium te discoloribus.

In vigilia natiuitatis sermo.

Audierunt eo quod visitasti
domus filiorum israel et af-
frixisset afflictionem eorum
Promi adorauerunt etc. Ecclesi. iij.
In verbis istis tria notantur. Pri-
ma est nostra deuota auditio cui
dicitur. Audierunt etc. Ista audi-
tio quam modo legi audimus est
ihesus christus filius dei qui in beth-
lehem iude nascitur. Natus enim
est ut saluaret perditos. Ideo venit
ihesus portans salutem nostram.
Psal. Deus autem rex noster an-
te secula operatus est salutem in
medio terre et in humana carne.
Caro enim christi non dicitur terra
sed medium terre. Natura quidem
nostra habuit duplicem extreni-
tatem. unam qua fuit sub inno-
centia. Aliam qua modo est sub mi-
seria. Christus autem assumpsit
nostram naturam cum innocentia
In quantum ad hoc participauit
cum prima extremitate. Et miseri-
a. et quantum ad hoc participauit
cum secunda. Sed natus est ut sa-
naret egrotos. et ideo venit christus
portans vnguentum. sicut autem vngue-
ta ex speciebus aromaticis et her-
bis virtuosis: aliquo liquore in-
fuso. Species aromatica est eius
deitas preciosa. Verba virtuosissima
est eius caro incorrupta. quod sicut
dicitur Psal. xl. omnis caro fenum
Liquor infusus est eius sanguis
preciosus. Ex his tribus confectum
est vnguentum quod sanat om-
nem egrotum. Ecclesiasti. xxvij.